ALEXANDER · PP · VII ·

Morbio 27 (60)

Dilecte fili salutem et Aplicam ben. Vitæ ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus apud Nos fidedigno commendaris testimonio Nos inducunt, vt te specialibus fauoribus et gratijs prosequamur. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecisti, tu qui vt asseris, vt parentibus tuis solatio esse possis, et feruore deuotionis accensus ad sacrum Presbyteratus ordinem quantocitius promoueri et propterea tibi de infrascripta dispensatione prouideri summopere desideres, Nos te præmissorum meritorum tuorum intuitu specialibus fauoribus et gratijs prosequi volentes, et à quibusuis excois suspen et interdicti, aliisque Ecclicis sentijs cens et poenis à iure vel ab homine quauis occone vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum pntium dumtaxat consequend harum serie absoluentes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tecum vt si et quando tredecim menses tantum tibi de ætate ad id à Sacro Concilio Tridentino requisita defecerint, defectu huoi non obstan si nullum aliud Canonicum tibi obstet impedimentum, et dummodo tu ad id idoneus reperiaris, promoueri, et promotus in illo etiam in Altaris ministerio ministrare liberè et licitè possis et valeas Aplica auctre ten pntium dispensamus. Non obstan Constitutionibus et ordinationibus Aplicis ceterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xvj. Nouembris MDCLXij. Pontus Nri Anno Octauo

S. Vgolinus

Dilecto filio Gabrieli Veneto Clerico Sannen(sis) dioc(esis)

XXIX, 279

Marbio 27 (60)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1873397585-17/fragment/page=0002